



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

LXXVIII. Ex supressa lethaliter vrina sanatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

que ab iis pro delirio febrientis est habitum, donec adueniente medico, antistite nuncio corposita sunt inter se somnia, exploratum est concursus visus, arteriæ indicium, denique sic ægra valuit, ut medico postea non indigerit.

LXXVIII.

*Ex suppressa  
lethaliter  
urina sanatur.*

Burburgi in Belgio, anno 1609. puella duodennis ex suppressa urina, cruciabatur atrociter, puellæ parens Alexander Iurisperitus, & urbis consiliarius, flocci pendens itinera, & sumptus circumduxit illam quocumque rescisset mali eius insignem medicum versari. Sed nisi violentis artibus, & defensione intolerabili, & quarto vel quinto quoque die ille humor nulla potuit industria educi, cui nouum etiam in diem, obstructis plane meatibus intercluso, ne instrumenta quidem chirurgicæ dare exitum poterunt. Crescebat interea doloris acerbitas, cibi horror, & tumor totius corporis, quibus accedens febris ratamque eius mortem medicis indicauit. Hoc loco dum esset Burburgum fortè, Bergæ illuc aduenit Sacerdos à Societate, motusque illius miseratione, plurimum Deo illam commendauit; tum illi cunctisque domesticis vehementer suavit S. Ignatium intercessorem adhiberent. Parque ab eo, malo remedium fidenter expectarent. Inde Sancti gesta, præsertim miracula legenda iis dedit, & Bergæ eius reliquias per celerem nuncium petiit. Quæ ubi perlatae sunt, puella S. Ignatium ex inis visceribus in auxilium aduocans uouet se sancti vigiliam ieiunio annuo, festum communionis sacra obituram si compos fieret sanitatis. Postremo quæ renum furebat præcipuè dolor, sacra lippina admouet, lapsaque in somnum horarum aliquot, nouis punctationibus excitatur, quibus non diu tenta se sanam exclamat, febrisque vacuum, & valentem. Et vero statim post copiosissimas urinas, absque ullo dolore, & difficultate, imò quod consueuerat antea sine arenis, & calculis eiecit. Omni adeo tumore, febrisque vestigio absoluta, ut die illo Iulij XV. anni 1610. grates seruatori suo S. Ignatio in templo persolueret.

LXXIX.

*Repentina  
flagitiosa  
conuersio.*

Bazaini in Orientalibus Indiis, Christianum femina ethnica perditè deperibat; spe flagitij pronioris, sacrilegè Baptismum suscipit, suscipiturque domi à pia matrona, moribus secum imbuenda professionis nouæ sanctimonia condignis: at enim scelerata sensim se prodidit longè aliud spectare, quàm precatorios globulos, & sacrorum frequentationem; persstanteque ob violatum baptismum flammam execrabilem diabolo, amens, & teneri non ferens, in hortum se deiecit, ex quo retracta, minabatur se ignem ædibus subiecturam. Itaque matrona nequissimæ bestiae importunitati propemodum cedens, prius tamen rem omnem Sacerdoti nostro aperuit; qui satis intelligens, suas hic partes dæmonem agere, S. Ignatij reliquias matronæ dedit quas insanientis collo indueret. Dum ergo solito rabiosius baccharetur, minaretur, & fureret, hera quasi optato discessui assensura, velle interim ait donare illam gemma ingentis pretij, & vittam sericam eius collo iniecit ex qua pendebant sancti reliquiae. Atque hic illustri, manifestoque portento, ad earum attractum grassantis in venas libidinis, incendium

omne